

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Andria I

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1594

I.

1.

28 **I** VOS ISTAEC INTRO AVFERTE ABITE prima scaena
 huius comoediae causam continet quasi deliberatiuam.
 certum consilium <et> exploratum mandat seruo dominus;
 ne tamen hoc iniustum consilium sit, quod ex deliberati-
 one uidetur inuentum, ex narrationis partibus colligitur,
quod iustum id consilium inuentum esse uideatur. habet
 quidem finem haec scaena imperium atque mandatum,
 quod seruo detur, sed ne imperii atque mandati iniustitia
 sit, causae est consilium sumptum, ubi similiter qualitas
 est, an iniustum consilium sit. sed iam ut ad speciem 10
 ueniamus, mandat seruo dominus, bene ut adsimulet nup-
 tias (v. 141). consilium autem id est (v. 130) ‘et nunc
 id operam do, ut per falsas nuptias uera obiurgandi causa
 sit, si deneget’. id<eo> consilii ratio quaerenda est, quae
 supponitur sic ‘filium credo amare meretricem’. haec ra- 15
 tio per conjecturam tractatur, an filius amet *meretricem*.
 omnis igitur scaena in hoc consumitur, ut argumentis
 conjecturalibus colligatur filium amare *meretricem*. quare
 conjectura consilium suum probat, ut filium debeat ob-
 iurgare, si amet. quo consilio probato iustum declarat 20
 imperium, quo est seruo imperaturus, ut bene assimulet
 nuptias. haec per singulorum capita uersuum plenus
 aperiemus.

Primum ne quid turpe dominus aduersus filium seruo
 mandare uideatur, siquidem ille filius hic seruus est, obiecta 25
 persona serui est, non illa vulgaris neque in condicione

1 vos — abite *FB*, om. *rell.* || 2 deliberatiue *LG* || 3 <ubi>
 certum α | et add. *W.*; -que post exploratum α || 4 ne *Lindenbr.*:
 non *codd.* || 5 inuentum <quod> α || 12 id om. *LG* || 14 ideo *W.*,
 om. α || 19 obiurgare] arguere α || 20 probato *G*, -at est *rell.* ||
 22 singula *FG* (*recte?*) || 25 obiecta *W.*: abiecto *L*, -ta *rell.* ||
 26 est om. α | non — vulgaris *ante* obiecta α

uiuentis neque in turpi officio seruientis, sed cuius animus et integritas fuerit per officia completa liberalis. hoc igitur tangit Simo, cum laudat seruum Sosiam, cum dicit opus esse non arte, sed his potius rebus, quas in eo semper agnouit, fide et taciturnitate. nam fides est, ut 5 compleat quae mandat, taciturnitas autem necessaria videtur, ut ea celet. sed parua laus data seruo uidetur>, eum coegisset, ut a domino imposta mandata seruaret. sed quoniam apud seruum, bonum dumtaxat, potuit esse consideratio, quod dominus maior sibi nescio quid 10 aduersus minorem dominum imperauerit, cuius, si non imperium adulescentis, aetatem timere deberet, quia illi post sensi mortem erat dominus futurus, idcirco laborat senex primo in animum suum serui animos inclinare; nam circa iuuenem inofficium imperare fortasse imperantis 15 est metus. dicit ergo se ex illo tempore, quo emptus seruus sit, iusta et clementia sine duris laboribus imperasse: 8 EGO enim POSTQVAM TE EMI A PARVVLO inquit hinc illud est in Iugurthino (*Sall. Iug. 10, 1*) 'parum ego te, Iugurtha, amissio patre et sine spe et sine opibus in 20 meum regnum excep'i'. et cum dixit 'a paruulo', utique beneficiorum suorum longum tempus ostendit dedit ei continuationem praestandi: uere enim praestat, qui non nisi ei praestiterit qui meretur. adiecit autem ad cumulum beneficiorum, non quod tantum bene seruierit, cum 25

1 uiuentis *F*, uiuit *rell.*; qui uiuit *Schoell* || 3 igitur] enim *a* | Simo post seruum *β* | cum *2.*] et *α* || 4 potius his *α* || 5 fides? est *om.* *LGF*¹ || 7 ut ea celet *Schopen*: ut cadet *L*, ut celet *F*, ut caueat *α*, *om.* *G* | uideretur si *W.* || 8 eum (cum *FG*) coegisset (-e *LF*) ut *β*, quem coegit *α* | a domino] dominus *α* | seruare *α* || 11 imperauerit *W.*: -uerat *codd.* | non *<eset>* *α* || 12 ille *G* (*recte?*); *fort.* ille *ei* || 13 dominus] *hic incipit vetus cod. V* | facturus *LF* || 14 nam] *ordo scholiorum*, *perturbatus ut videtur, hic est in codd.*: dicit — imperasse *ego* — inquit. *uere* — meretur, nam circa — metus. et cum dixit — praestandi. hinc — excep*i*. adiecit autem etc. || 16 metus est *α* | se post sit *α* || 20 et 1. *om.* *α* (= *Sall.*) || 21 regnum meum *α* (= *Sall.*) | accepi *F* (= *Sall.*) || 22 et *add.* *W.*; -que post dedit *α*; et pro *ei* (*del. dedit*) *Goetz* || 24 nisi *add.* *W.*

ei dominus clementiora quae fuerant imperaret, sed quia
 37 ex seruo fecerit liberum **10** FECI EX SERVO VT ESSES LI-
 BERTVS MIHI: summum etenim pretium seruientibus ui-
 detur esse libertas. et quoniam omnis libertus patrono
 debet seruitutem, ideo adiecit 'mihi', non Pamphilo, hoc 5
 est non filio, ut ille non crederet licet libertum se debere
 38 filio seruitutem. — **11** PROPTEREA QVOD SERVIEBAS LI-
 BERALITER pulchre hoc uidetur adiunctum, ut non propter
 alias causas dominus dedisse uideatur, sed quia hanc
 semper seruus habuerit in seruitutis condicione uolunta- 10
 tem, liberaliter omnia quae iussa fuerant perimplere. —
 39 **12** QVOD HABVI SVMVM PRETIVM PERSOLVI TIBI ipsum 'pre-
 tium' dixit libertatem. ita debitorem *iam* seruum ad do-
 mini officia fecit, sicut in seruo dominus quod debebat
 40 exoluit. — **13** IN MEMORIA HABEO recte seruatum a ser- 15
 uo, ut 'in memoria habeo' diceret: neque enim do-
 mino referre gratias potest, nisi sola *priorum* officiorum
 restitutio in memoria perseueraret. — HAVT MVTO mihi
 uidetur iuris rationem respicere: ingratus enim liber ser-
 uus a patrono reuocari in seruitutem potest. — GAVDEO 20
 SI TIBI QVID FECI AVT FACIO QVOD PLACEAT SIMO uehementer
 seruus se gaudere dixit, si ex factis domino reddiderit
 uoluntatem. et simul duo tempora coniunxit, ut non
 42 solum fecisse, sed et facturum esse declararet. — **15** AD-
 VERSVM TE apud te intelligendum. quidam enim, quo- 25
 niam supra (v. 11) dixerat 'quod seruiebas liberaliter',
 hoc intelligunt 'ut libere quoque dices quae sentias
 et propterea uoces ex libertate prolatas in conuicium

2 feci <inquit> α || 3 enim α || 7 qvod] quia LB V || 8 non
 et 9 dominus om. L || 9 sed] nisi α || 11 fuerunt LG, erant F |
 adimplere G, implere α || 12 ipsum] summum Lindenbr.; ipsam
 Schoell || 13 <et> ita α || 14 fecit officia α | debebat Schopen:
 habebat codd. || 17 poterit G, posset α | sola priorum G, solationum L,
 soluc- F || 19 respicere Lindenbr.: insp- codd. | liber
 seruus] libertus α || 22 factis <suis> domini α || 23 iunxit α | ut
 om. L F || 24 <se> esse V || 25 intelligendum <est> B || 27 dices
 L F, -ceret α G | sentias Schoell: -tit (-tiebat α F) has codd. ||
 28 et post propterea codd., transp. Schoell.

aut iniuriam secundum rationem ueritatis proferres'. quod si ita est, dicta sunt aliqua a seruo contra dominum. idcirco intelligunt 'aduersum te' contra te. sed melior est interpretatio superior.* ['aduersum te' apud te melius intelligitur.] — 17 QVASI EXPROBRATIO EST INMEMORIS 5 BENEFICII *⟨sa⟩ne* beneficiorum commemoratio cum ostenditur, 44 ingratiae exprobratio dicitur. — 19 PRIMVM IN HAC RE PRAEDICO TIBI antequam narrationem incipiat ponere, sum- 46 47 mam primo proponit, quae talis est 20 QVAS CREDIS ESSE HAS NON SVNT VERAE NVPTIAE. partitur hic senex eaque 10 49 partitio triplex est 22 EO PACTO ET GNATI VITAM ET CON- SILIVM MEVM COGNOSCES ET QVID FACERE IN HAC TE RE VELIM. ergo secundum supra positam diuisionem 'gnati uita' cum exponitur, coniecturalia continet argumenta; 'consilium' cum exponitur, per qualitatem dicitur; 'quid 15 facere in hac te re uelim' similiter qualitatis ratione consistit. utraque autem qualitas negotialis est. incipit 51 primo gnati uitam 24 NAM IS POSTQVAM EXCESSIT EX EPHEBIS SOSIA. hic argumenta coniecturalia diligenter debemus attendere, quod Pamphilus uidetur amare mere- tricem.* 'excessit ex ephebis' tempus puerilis aetatis ex-

*α** [4] est uero huic usque figura synathroismos (*sinatris-codd.*), quae est congregatio criminum uel beneficiorum ad mouendos animos.

* [21] Argumentorum loci traduntur alii esse artificiales (-cales *V*; *sic semper*), alii inartificiales. et inartificiales quidem ex auctoritate sumuntur uel opinione, artificiales uero aut a personis aut a negotiis. cum autem omne argumentum rei dubiae faciat fidem, his uel nostram uel aduersariorum causam confirmamus uel infirmamus. quorum loci sumun-

1 *⟨in⟩ iniuriam V | proferres LF, -ferret α, -feram G || 2 a om, LF || 3 ⟨id est⟩ contra α || 4 aduersum — intelligitur secl. W. (e margine inrepsisse videntur) || 6 sane Goetz: ne LF, Hec G; bene Schoell || 7 ingratiae Schoell: -tia L, -ta F, om. G || 12 re te α F; sic et infra || 13 diuisionem positam β || 16 qua- litatis — consistit (-at LF)] per qualitatem dicitur α || 17 qua- litas] -tatis LF || 18 nati LFV | ex ab LG || 20 aduertere (animadu- B) α || 21 ⟨postquam⟩ excessit α*

55 cessit.* — 28 PLERIQUE OMNES apud antiquos ista dictio
ponebatur, ut 'omnes' supervacuum fieret et superior
tantum sermo propriam significationem contineret.* —
57 30 AD PHILOSOPHOS ad sapientiam atque doctrinam. —
58 31 NIHIL EGREGIE PRAETER CETERA hoc est: omnia ae- 5
60 qualiter, *nihil amplius ante omnia*. — 33 NON INIVRIA non
sine causa, id est iuste: ius enim contrariam habet iniuri-
61 am. — 34 VT NE QVID NIMIS quidam arguunt Terentium,
quod istam sententiam dixerat seruus, quam sapientium
summus ex septem protulisse dicatur. quae quidem res 10
non digna reprehensione est. nam primo omnium in

α tur ante rem quidem, unde agitur: a persona, a causa,
a tempore, a loco, a materia, a modo, a ratione; in re,
unde agitur: a toto, a parte, a genere, a specie, a dif-
ferentia, a proprio, a definitione (diff- *BV*; *sic semper*),
a nomine; circa rem, unde agitur: a simili, a dissi-
mili, a pari, a contrario, a maiore, a minore, a praece-
dente, ab eo quod est simul (*simul est V*), a conse-
quente; post rem uero: ab euentu, a iudicatis. qui
loci ideo communes dicuntur, quia in omni genere cau-
sarum ex his argumenta duci possunt. nam a personis
consideratur patria, nomen, genus, corporis habitudo,
mores, uita, amicitia, aetas, incessus, uultus. [uel aliter
a persona: nomen, natura, uictus, fortuna, habitus, af-
fectio, studia, consilia, facta, casus et orationes.] distat
autem inter argumenta rhetorum et philosophorum,
quod philosophorum ita sunt interdum necessaria, ut non
sint probabilia, rhetorum autem, si sint (sunt *Gerstenb.*)
necessaria, erunt probabilia. probabile autem dico uerisi-
mire, quod etiam uulgus probat et uerum iudicat. haec
igitur argumenta sparsim in Terentio reperies nec um-
quam aliunde sumpta. sequitur

*[1] quia ephebi sunt pueri, unde et ephebion (-ian *codd.*)
locus ubi discurrunt.

*[3] Vel ita struendum: quod omnes faciunt adolescentuli,
ut plerique ad equos etc., ut sic uniuersalitatem ad
singularitatem redegerit.

1 omnis *L* | *fort.* <*ita*> ista dictio || 2 omne *codd.* || 4 at-
que] ad *α* || 5 id est *α* || 6 <*id est*> non sine *α* || 9 dederit
seruo *α* || 10 dicitur *G* || 11 est *om.* *LG*

hominibus naturae sensus aequalis est: ita concipere et
 seruus potest cum uirtutibus ingenium, cum omnibus
 sit aequale naturaliter attributum. deinde fieri potest, ut
 ista sententia iam a sapiente dicta percrebruerit et om-
 nium in ore uersetur: neque enim Terentius uel quilibet qui 5
 hanc comoediam composuit <***>, sed in hominibus com-
 prehendit, unde et seruus, non tamen ut callidus, auditam
 6.2 rem potuit in sermonibus collocare. — **35** SIC VITA ERAT
FACILE OMNES PERFERRE AC PATI CVM QVIBVS ERAT honeste
 pater narraturus uitam filii sui suspectam docet praeterito 10
 tempore integritate uiuendi obscuram tenuisse in suis
 moribus disciplinam.* ex quo ostendit sibi semper curam
 67 fuisse, ut filii uitam cognosceret. — **40** NAMQVE HOC
 TEMPORE OBSEQVIVM AMICOS VERITAS ODIVM PARIT et ex hac
 sententia intelligi datur seruum bonum esse atque sapi- 15
 entem: ita et in superioribus ei sapientis est concessa
 sententia. ‘hoc tempore’ autem quod dixit, mihi uidetur
 ‘ad omnia tempora’ expectandum: numquam enim non
 69 ualet ista sententia. — **42** INTEREA MVLIER QVAEDAM ABHINC
TRIENNIVM et haec interposita narratio demonstrandae per- 20
 sonae causa dicitur, quae ab oratoribus digressio nomi-
 natur, quotiens a narrationis tenore in aliam narrandi
 71 necessitatem dilabimur. — **44** INOPIA ET COGNATORVM
NEGLEGENTIA COACTA quorum debuerat spe auxilioque ful-
 72 ciri. — **45** EGREGIA FORMA ATQVE AETATE INTEGRA duo 25
 quae necessaria ad uoluptatem fuerant complexus est, ut
 73 et uultus et aetas placere potuisset. — **46** EI VEREOR NE

*α** [12] cuius definitio per laudem est.

1 naturae *W.*: natura est (et *F*) *β*, natura *α* || 2 cum 2. *W.*:
 quod *α*, *om.* *β* || 3 aequale <*ē*> *β* || 4 percrebuerit *α* *F'G* || 5 <*non*>
 terentius <*non*> *L F'* | qui — hominibus] alius hoc a se *α* || 6 hanc
 comoediam *ante* uel *codd.*, *transp.* *Schoell*; composuit, <*seruum*
 relegat ab hominibus> sed *idem*: composuisset *codd.* || 9 <*ut*>
 omnis *L* || 12 curae *α* || 14 et *om.* *F'G* || 16 ita — superioribus]
 dum ut supra *α* | ei post est *α* || 18 expectandum *LG*, spect-
 α *F*; spectare *schol. cod.* *C Ter.* || 19 sententia <*tullius libro de*
amicicia (*Lael. 24, 88–90*) *dicit monendi sunt . . . salus de-*
speranda> *F* | quaedam mulier *α* || 26 uoluntatem *LG*

et
ous
ut
qui
am
RAT
ste
ito 10
uis
am
hoc
nac
pi- 15
ssa
tur
on
INC
er- 20
ni-
di
VM
ul-
uo 25
ut
NE

et
QVID ANDRIA ADPORTET MALI cautus seruus, cum adulescen-
tem dominum sciret, timuit mulierem et uultu et aetate
77 laudabilem. — **50** VNVS ET ITEM ALTER hic arguto in-
tellectu tres accipiuntur: nam ‘unus’ utique numerum
suum ostendit, ‘alter’ uero de duobus post unum alter 5
est. ita si alter est, duos significat et unus praecessit, quo in-
tellectu soluitur quod postea (*v. 60*) dictum est ‘nam hi
tres tum simul amabant’. hoc intelligi et in Virgilio
(*Ecl. VIII 39*) uolunt ‘alter ab undecimo tum me iam
aceperat annus’: undecim enim numerum suum habent, 10
‘alter’ uero, ut diximus, de duobus est, hoc est de duo-
decimo et tertio decimo, ut ista copulatio ‘alter ab un-
decimo’ tertium decimum annum significet, qui uicinus est
pubertati, quo uerisimile fieret illum ueneri potuisse ser-
uire. — **52** ACCEPIT CONDICIONEM probauit scilicet, quod 15
offerebatur ab his* — DEIN QVAESTVM OCCIPIT deinde
meretrix esse coepit.* cauta narratio: docet se in omni-
bus filii factis semper adhibuisse curam et metum quam
plurimum, ne in malos mores contubernio duceretur,
sumpsisse et officium paene seruorum, ut interrogaret ser- 20
uos contubernalium et diu quaereret de filii moribus nec
prius requiesceret, quam disciplinam integrum reperiret.
quibus iam rebus fidem facit ad futuram quaestionem, ut
uerisimile uideatur esse, quod motus est in filium iuste,
qui semper de moribus inquisitionem habuerit nec ali- 25
quando integre omnia reperire potuerit iratus eo quod
Pamphilus amaret. pulchre *tamen* post interrogationem

α*[16] Condicio est institutio, ut hic. et est etiam originalis
seruitus, ut dicitur quis seruili condicione. et est con-
dicio compositio, unde est quod dicitur syllogismus
condicionalis quasi compositus ex duobus cathegoricis
syllogismis.

*[17] sumpta definitione a nota, quia merendo, id est mili-
tando, pro corpore quaestum occipit.

6 est 2. *LG*, *om. rell.* || 16 deinde *codd.* | *accipit F²*,
-cepit *F¹G* | deinde] id est α || 26 *integra β S* | *repperiri BV* |
potuerit] fuerit *F*, -rat *L* || 27 *amaret om. β* | *pulchro LF*

nihil aliud a seruis uidetur esse responsum nisi de aliis amatoribus. ne tamen seruorum respondentium calliditas Pamphilum celare uideretur, et ipse interrogauit, uti prudens seruus interrogatus de Pamphili nomine facile actus eius posset exponere, quamquam iam signum 5 fuerat castitatis, inter amatores non fuisse gnatum. —

89 **62** ITEM ALIO DIE QVAEREBAM et hic perseuerat similiter senis diligentia, ne unius diei iudicium circa disciplinam 93 uerum esse non possit. — **66** NAM QVI CVM INGENIS CONFFLICTATVR EIVSMODI confirmat per sententiam uitam 10 filii et integrum disciplinam: negat esse melius eo ingenio, quod, cum inter uitia uersatur, suam teneat firmitatem.

96 — **69** CVM ID MIHI TVM VNO ORE OMNES probat filii uitam non iudicio tantum, ne uideatur hoc fecisse amore, sed et testimonio ciuium ceterorum. quae quidem res ad 15 futuram quaestionem argumenta suggerit maxima: nam similiter eius filius iudicio patris et testimonio ciuium 97 comprobatus est, qui nondum amare coepert. — **70** LAV- DARE FORTVNAS MEAS ubique fortunae attribuitur, quod boni filii sunt, ut et Sallustius (*Catil.* 25, 2) 'praeterea uiro, 20 liberis satis fortunata'. — **72** QVID VERBIS OPVS EST HAC FAMA INPVLSVS CHREMES de moribus filii sui cum pronuntiatum ciuibus diceret, magnum testimonium et Chremes ponit, quod 'ultra uenit', quod 'unicam gnatam', quod 102 'cum dote summa' filio promisit uxorem. — **75** PLACVIT 25 DESPONDI sequens enim uidebatur, ut, cum et ipse probatum filium sciret, optimam condicionem matrimonii non repudiaret. ergo cum dicit 'placuit', Chremeti condicionem 103 optimam declarabat. — **76** AVDIES FERE IN DIEBVS PAV- CIS QVIBVS HAEC ACTA SVNT CHRYSIS VICINA HAEC MORITVR 30

1 uideretur *L G* || 2 call- resp- cel- uid- Pamph- α || 3 in- terrogauit *G*, -bit *L*, -bat *rell.* || 5 possit *LF* || 6 non ... gna- tum (nat- *codd.*)] modo . . . cenatum *Klotz duce Lindenbr.* || 7 senex simili diligentia α || 12 uersetur α (*recte?*) || 13 omnis *L* || 17 eius] is? || 18 qui] quod α || 20 sunt filii α || 21 fortunato α || 23 chremis (-metis *S*) α || 26 consequens α *G* (*recte?*) || 28 Chremetis? || 29 declarauit α | AVDIES — 15, 2 INTERIM om. *F*

106 <*****>. — 79 BEASTI beatum fecisti. — 81 CVRABAT
 108 VNA FVNVS TRISTIS INTERIM NONNVMQVAM CONLACRIMABAT
 has lacrimas fundebat Pamphilus propter eam familiaritatem, quam habebat ex coniunctione eius mulieris, quae Chrysidi carissima fuerat. sed quoniam Chrysis mortua, 5
 salua autem illa quam diligebat, ideo nonnumquam conlacrimabat, id est cum aliorum laerimis suas quoque
 111 miscebat. — 84 HVIVS MORTEM TAM FERT FAMILIARITER hoc
 113 est: sic dolet ut familiares. — 86 HAEC EGO PVTABAM
 ESSE OMNIA HVMANI INGENII cum nondum argumentum ali- 10
 quod officium malae ostenderit disciplinae, tamen dolor
 iam <in> futura prorumpit, cum esset admonitus falsa
 115 fuisse quae ante credebat pietatis indicia. — 88 EGO-
 MET QVOQVE EIVS CAVSA ut, quoniam filium perspexeram
 praebere et ei lacrimas, quam non diligebat, ego quoque 15
 116 officium obsequiumque praestarem. — 89 IN FVNVS PRO-
 DEO hoc est in obsequium funeris. — NIHIL SVSPICANS
 ETIAM MALI hic auditorem mali interpositione suspendit,
 118 qui mitiori narratione tenebatur. — 91 ASPICIO ADVLES-
 CENTVLAM FORMA et hic similiter duo tetigit, et aetatem, 20
 quod adulescentulam dixit, et uultum, quod formam
 119 posuit. — 92 ET VVLTV SOSIA quasi tertium uidetur adiecisse
 uultum: namque forma naturalis facies <est>, uultus
 uero animi motu facies ad tempus aptata. denique prea-
 122 terea 95 ET QVIA ERAT FORMA PRAETER CETERAS HONESTA 25
 125 AC LIBERALI. — 98 PERCVSSIT ILICO ANIMVM cum formam
 uidissem, cum lacrimas perspexisset, cum Chrysidis sororem hanc cognoscerem, sum nescio quid, inquit, continuo
 suspicatus. — HOC ILLVD EST HINC ILLAE LACRIMAE hinc
 illa argumenta conjecturae, quae supra diximus: uerisimile 30

1 lac. sign. W. | <id est> beatum α || 5 chrisi 2. α | mortua
 <fuerat> F || 8 hvivs — familiares om. F || 9 familiaris G |
 PVTABAM] optabam I, o. α || 11 ostenderit W. ex Don.: -rat
 (-retur G) codd. || 12 in add. W. ex Don. | prorupit α || 17 id
 est α || 23 est add. W.; dicitur post aptata α || 24 uerus β |
 motu W.: -us codd. || 28 suspicatus continuo α || 29 hoc] hinc
 α F || 30 <sunt> illa α | conjecturalia α

esse filium amare meretricem, quod tam familiariter ad Chrysidem se applicauerit, quod eius tam familiariter fleuisset interitum. *hoc est enim quod dixit 'hinc illae lacrimae'.* sed quoniam adhuc parua suspicio est, adiecit
 129 argumenta **102** INTEREA HAEC SOROR QVAM DIXI AD FLAM-⁵
MAM ACCESSIT INPRVDENTIVS SATIS CVM PERICVLQ. nullum maius argumentum potest reperiri, quam quod subiungit, Pamphilum necessitate compulsum amoris sui flammam non potuisse celare. quoniam autem in conjectura haec argumenta sunt semper: a uoluntate, *< a facultate >*, a ¹⁰ summo ad imum — his enim tribus partibus nititur accusator —, hic autem uoluntatis est quaestio, ergo probationes a summo ad imum suscipiuntur, quae continent dicta et facta et quod a doctioribus adiungitur pathos. namque pathos est supra, quod fleuit; facta sunt ista quae ¹⁵
 133 subiunguntur, quod **106** ACCVRRT, quod MEDIAM MVLIEREM
 134 COMPLECTITVR; deinde dicta sunt, quod dixit **107** MEA GLY-
CERIVM INQVIT CVR TE IS PERDITVM. ita omnia orator con-
 iecturalia argumenta complexus est. quamquam accedit et
 136 illa pars, quod et ipsa Glycerium **109** REIECIT SE IN EVM ²⁰
FLENS QVAM FAMILIARITER: saepe etenim non solum nostris,
 sed et nostrorum factis possumus accusari, ut cum de
 Verris animo quaereretur, an Ciceronem nollet accusatorem,
 quod Hortensius tantum laborabat, ut Ciceroni non daretur,
 accusat quoque, ut palam sit Verris hanc esse uoluntatem, ²⁵
 ne Cicero accusator existeret (*cf. div. in Caec. 23 sqq.*). uerum
 haec de argumentis. omnis autem conjectura proprium hoc
 habet, nam argumenta cum ceteris statibus uidentur esse
 communia; haec et praeter argumenta habet a testibus
 probationem. haec etiam hic sunt, quippe cum dicat ³⁰

² applicauerit *G*, -rat *rell.* || 9 quoniam autem in con-
 iectura *W.*: quoniam mater (*om. F*) in (-ia α) conjectura
 (-rae α) *codd.* || 10 a facultate *add.* *Gerstenb. ex Don.* || 12 proba-
 tionis *L FV¹* || 13 suscipientur *L (recte?)* || 14 doctoribus *L G B* ||
 18 orator omnia α || 24 tantum *om. G* | laborat *G* || 25 accusat^r
 (*corr. m. 2*) *G* | ut *<hoc> G*, ut *<hoc quoque> F, om. L* || 28 nam]
 quod α || 30 haec — sunt] ut hic α

- 144 **117** VENIT AD ME CHREMES POSTRIDIE CLAMITANS INDIGNVM
FACINVS COMPERISSE utique 'comperisse': etiam ab aliis
ista res dicta *est*, *ut ipse hoc compererit*, ut testium quasi
137 quaedam sit multitudo. — **110** REDEO INDE IRATVS ATQVE
AEGRE FERENS bene indignationem totam argumentis exci- 5
tatem sibi esse commemorat. uerum tamen dicit se equi-
dem credidisse, sed filium accusare non potuisse, propter
quod deriuatio causae esse potuit. namque duae partes
sunt, quae reum solitae sunt defendere: deriuatio causae,
quae Graece μετάθεσις αἰτίας dicitur, quam rem 10
139 tractat senex, cum dicit ex persona filii **112** QVID FECI
QVID COMMERTVI AVT PECCAVI PATER QVAE SESE IN IGNEM PRO-
ICERE VOLVIT PROHIBVI SERVAVI HONESTA ORATIO EST. —
- 142 **115** NAM SI ILLVM OBIVRGES VITAE QVI AVXILIVM TVLIT
purgationem filii sui et ipse confirmat per sententiam, ut 15
iuste uideatur nunc irasci, qui aliquando alias admiserit
144 causas.* — **117** VENIT CHREMES POSTRIDIE *inquit*: quo hoc
facilius probatum omnibus doceat, continuo et Chremes
uenit. adiecit et CLAMITANS, ut indignatione ostenderetur
145 uerum esse compertum. — **118** INDIGNVM FACINVS COM- 20
PERISSE pulchre ex persona socii 'indignum facinus' dic-
tum est, ut et ipse dolet Pamphilum esse corruptum,
quippe cum ipse uenerit prior, ut filiam polliceretur. —
- 146 **119** PRO VXORE HABERE HANC PEREGRINAM magna iustitia
socii, siquidem non Pamphilum dolet amare alteram, sed 25
dolet pro uxore habere peregrinam. considera enim per-
sonam socii: merito uxorem dolet alteram. — EGO ILLVD
SEDVLO NEGARE FACTVM ne leuiter credidisse uideatur, et ne-
147 gasse dixit. — **120** ILLE INSTAT FACTVM ita comprobata
res est perseverante socii testimonio. — DENIQVE ITA 30
- α*[17] et est locus argumenti, qui dicitur a contrariis.

1 <se (s · α)> indignum α FG || 8 diriuatio causae β, duae
causae deriuatio α || 9 diriuatio β || 10 ΜΕΤΑΘΕCΙC (-TESIS F)
ΔΕΤΙΔC (ΔΕΤΤΔC F) β, metathesis aepas α || 11 tractat⁹ L, -atis
G, -atus est F || 16 iuste Schopen: iste *codd.* || 17 quo W:
quod *codd.* || 18 facilius *post* doceat α | <quod> continuo β ||
20 compertum] quod compererat (conceperat S) α | comperisse
<se> L || 26 considerat (-rans G) β || 28 negasse <se> α G

TVM DISCEDO AB ILLO VT QVI SE FILIAM NEGET DATVRVM
 iam apud sacerum probatam rem dixit, quod filius amet, si
 quidem ipse qui promiserat hoc cognito sacer filiam ne-
 gauit. — **122** NON TV IBI GNATVM deest uel intelligi licet
 'arguere aut accusare debuisti'.* hoc quidem magna pro-
 curatione perfectum est, ut iam seruus credisse uideatur,
 quod amat filius. at uero senex, ut iustitiam suae ira-
 cundiae doceat et hanc causam non idoneam doceat,
 qua filius accusandus esse uideatur, subiungit rationem
124 TVTE IPSE HIS REBVIS FINEM PRAESCRIPSISTI PATER:¹⁰
 potest enim filius dicere 'uxorem nunc sum ducturus;
 tempus ueniet, cum aliena lege et alienis moribus uiuam;
 interim sine, dum tempus est, me meo more uiuere'.
 unde seruus et ab hac re deiectus obiurgandi interrogat
127 causas **127** QVIS IGITVR RELICTVS EST OBIVRGANDI LOCVS.¹⁵
 et bene 'obiurgandi' dixit, nam de criminе iam constat,
 quod amat filius, sed obiurgandi quaeritur locus. —
128 SI PROPTER AMOREM VXOREM NON VVLT DVCERE hoc
 est illud, quod secundum proposuerat Simo (v. 22)
 'et consilium meum cognosces': credit enim ad iracundiam ²⁰
 hanc esse causam, non quod amet filius — nam id aeta-
 tis est et temporis —, sed, unde incipit causa peccati,
130 si propter amorem non uult ducere uxorem. — **130** ET
 NVNC ID OPERAM DO VT PER FALSAS NVPTIAS hoc est 'con-
 silium', ut falsae nuptiae fingantur, quo et animus uictus ²⁵
 adulescentis circa amorem possit agnoscī simulque et Da-
 ui serui, qui fauet plurimum Pamphilo, consilia falsa
135 nuptiarum uanitate frustrentur. — **135** MAGIS ID ADEO
 MIHI VT INCOMMODET QVAM VT OBSEQVATVR GNATO ut mihi
137 magis, inquit, noceat quam filio prosit. — **137** MALA ³⁰

$\alpha^{**}[5]$ et est eclipsis, quae solet fieri aut nimia laetitia aut
 nimia tristitia.

1 TVM] dum *L G* || 8 doceat 2.] -et α || 9 quia β | subiungit *G*,
 sed iungit *rell.* || 13 interim *Lindenbr.*: interdum *codd.* | me
 (*m. VS*, *om. β*) *meo* (*m. VS*) *more uiuere* (*uiuere more FG*,
uiuere modo B, *u. m. VS*) *codd.* || 18 NON VVLT] nolit α *F* ||
 23 nolit α | *uxorem ducere* α || 29 MIHI VT] *u. m. α*

MENS MALVS ANIMVS quia occultum uidebatur *aliquem ideo*
 aliquid facere *ita*, ut alteri noceat, non ut proposit alteri,
 idecirco hanc adiunxit causam, quod mala mens, *malus*
 165 *animus* ista semper fecerit. — **138** SINE EVENIAT QVOD
 VOLO hic sensus est: quod uolo, eveniat, quod illud est 5
 166 **139** IN PAMPHILO VT NIHIL SIT MORAE. hoc iam restat,
 168 ut Chremes exorandus sit. — **141** NVNC TVVM EST OFFI-
civm hoc est tertium, quod in propositione posuerat (*v. 23*)
 ‘et quid facere in hac te re uelim’: ut bene scilicet assi-
 mulent nuptias, Dauum terreat, filium obseruet, uel quid 10
 agat uel quid consilii habeat.

2.

172 **1** NON DVBIUM EST QVIN UXOREM NOLIT FILIVS remansit
 senex et hic secum loquens habet conjecturalem statum:
 nam quaestio est, an uxorem nolit filius. confirmat autem,
 quod nolit uxorem, et huius confirmationis argumentum 15
 173 hoc est, quod dixit **2** ITA MODO DAVVM TIMERE SENSI: dixi
 enim supra (*I 1, 109*), quoniam non solum de factis nostris
 ad conjecturam argumenta colligi possunt, uerum et de
 175 factis nostrorum. — **4** MIRABAR HOC SI SIC ABIRET haec
 scaena mandatum tenet, quamquam mandati causa pree- 20
 cedit, quod amare dicitur filius. manet illa conjectura, quae
 similiter habet cur amet argumenta et probationes suas.
 postea mandati actio est, ut quod obseruet Dauus, per
 mandata cognoscat. egreditur tamquam non aspiciens do-
 minum, cuius oratio talis fingitur, ut quaedam temere 25
 dicta proferat, quod lenitatem domini latentem et suam

1 adcultum β | <seruum> uidebat α || 4 sin VS | ueniet
LF || 5 quod illud est] illud scilicet α || 6 vt *ante* in α || 7 ut
om. α | *sit*] est α , ē siet *L* || 9 te re *G*, re te *rell.*; cf. *ad v. 23* |
 assimules . . . terreas . . . obserues α *G* || 11 habeat] captet α ||
 15 et] sit et *F*, sic *LG* || 16 quod *om. LG* | sensi timere dauum
 α || 17 quoniam] quod *Lindenbr.* || 18 argumenta ad conjectu-
 ram α || 20 praecedat *FG* || 22 cur amet *W.*: curam et *codd.* ||
 24 tamquam] namque α || 26 suam et β

demonstret calliditatem, quod miratus sit uerbum sibi a domino non esse factum, hoc est secum non locutum, neque dominum aegre tulisse, quod audisset non dari uxorem. — 8 AT NVNC FACIET *quod supra dixit*, hoc est tecum loquetur. — 14 MEVM GNATVM RVMOR EST AMARE 5 et haec omnis probatio est, an amet filius, sed conjecturalis probatio a testibus. unum testimonii genus est rumor, nunc autem rumorem Chremis ex relatione Simo tenet, quippe cum supra (*I 1, 117—118*) dixerit ‘Chremes postridie uenit ad me clamitans indignum facinus se com- 10 perisse’. — ID POPVLVS CVRAT SCILICET haec defensio est contra rumorem, uerisimile non esse omnem populum de nescio cuius adulescentis amore cogitare. — 15 HOC CINE AGIS AN NON obscurus sensus, et tamen talis est: curae tibi est, quod populus loquatur? denique hoc in- 15 telligit seruus et respondit domino sibi curae esse, cum diceret EGO VERO ISTVC. — SED NVNC EA ME EXQVIRERE INIQVI PATRIS EST hanc defensionem, quam supra collo- carat, et nunc memorat, quod amare adulescentem criminis 187 non sit, maxime ante nuptias. ideo adiecit 16 NAM QVOD 20 ANTE HAEC FECIT NIHIL AD ME ADTINET DVM TEMPVS AD EAM REM TVLIT SIVI ANIMVM VT EXPLERET. deinde incipit man- 192 data, sed obliqua oratione, proponere 21 TVM SI QVIS MA- GISTRVM CEPIT AD EAM REM IMPROBVM IPSVM ANIMVM AEGROTVM AD DETERIORREM PARTEM PLERVMQVE APPLICAT. ‘magistrum’ dicit 25 monitorem, quod agit Dauus contra Pamphilum. hanc rem quia oblique dixerat, Dauus non intellexerat;* itaque plane

^a*[27] siquidem senex et uultu et uerbis aagebat, ut Dauum deciperet. unde ipse seruus supra (*v. 9*) ‘id uoluit nos’ id est impedi*ui*t me et Pamphilum ‘non sic opinantes duci’ id est seduci ‘falso gaudio’ domini nostri Simonis ‘sperantis’ id est qui sperabat opprimi posse nos ‘os-

1 demonstrat *L* || 8 ex relatione chremis *α* || 10 se com- perisse] c. s. α || 14 et] sed? || 15 est om. α || 19 adulescentem amare α || 21 fecit *<et cetera (cet- om. VS)>* α || 23 proponere post 22 mandata α || 25 magistrum — Pamphilum] id est monitorem, sicut Pamphilus Dauum; nam leno ipsius erat α || 26 ait *LG* || 27 intellexit α

196 scire cupit. deinde cum minis mandat 25 SI SENSERO
 199 HODIE QVICQVAM IN ISTIS NVPTIIS . . . 28 VERBERIBVS TE
 CAESVM DAVE IN PISTRINVM DEDAM et omnis admonitio
 quae sequitur.

α citantes' quasi negligentes uel pigros 'amoto metu' a
 nobis. et cur hoc? 'ne esset spatium c. a. d. n.' (cf.
Bruns ad I 2, 9).

3.

206 1 ENIMVERO DAVE haec scaena deliberatiuae uim tenet, 5
 nam territus a domino seniore Dauus deliberat, cui obtem-
 peret, an adolescentis animo, an imperio sensi satisfaciat.
 habet igitur deliberatiuae exordium, in quo exhortatio est
 'enimuero Daue nihil loci est segnitiae'. 'segnitiae' po-
 situm est, ut ea quae inuenta sunt non praetereantur, 10
 'socordiae' uero, ut ea quae sunt necessaria corde inue-
 niantur. quae ipsa exhortatio a periculis incitatur, illis sci-
 licet 3 QVAE SI NON ASTV PROVIDENTVR ME AVT ERVM PES-
 208 209 SVMDABVNT. 'erum' autem dicit Pamphilum. — 4 NEC
 QVID AGAM CERTVM EST hinc incipit deliberatiua, cuius 15
 partes sunt duae PAMPHILVMNE ADIVTEM AN AVSCVLTEM
 210 SENI. deinde partium tractatus 5 SI ILLVM RELINQVO EIVS
 VITAE TIMEO. 'eius uitae' hoc dixit, ne periclitetur: scit
 enim amorem Pamphili. ex alia parte SIN OPITVLOR HVIVS
 211 MINAS sensi uidelicet. et adiecit necessitatem 6 CVI VERBA 20
 DARE DIFFICILE EST. hic tractata est qualitas utriusque
 partis, sed incidit conjectura, an falli senex possit. hinc
 argumenta colliguntur, quod non potest esse eo, quia 'com-
 perit iam de amore', quod 'infensus me seruat, ne falla-
 ciam ad nuptias faciam'. deinde ad(dit) qualitatem, quo- 25

1 cupid Schopen: coepit codd. | deinde — mandat post
 NVPTIIS codd., transp. W. || 2 istis] his te Ter. || 3 et] post α ||
 6 terretur . . . <et> deliberat α || 9 nihil <hic> L | segnitiae 1.
 om. α G || 11 necessaria sunt α || 14 erum — Pamphilum] id est
 Pamphilum post 13 ERVM α || 15 hic α || 18 eius — dixit] id
 est α || 21 utriusque F, uirtusque rell. || 25 addit W. | quo-
 niā] quod F, quam G

niam, etsi nihil ipse fecerit fraudis ac doli, dominus circa seruum magnam habeat potestatem, ut et nulla causa inferat poenas. apposuit et maiorem difficultatem, quo deceat senem falli *iam* non posse, quod grauida est de Pamphilo ista mulier, quod ita se inuicem diligunt, ut partus tollatur, quod etiam ista fabula fingitur, ut ciuis esse doceatur, quibus rebus iam amica ista ad nomen accedit uxoris. quod si ita est, falli non potest senex. atque in hac deliberatiua utriusque partis unum tantummodo uidetur inuenisse Dauus, ut Pamphilo cuncta narraret: hoc solum enim sine periculo suo faciet, ut conueniat Pamphilum, ne 'de hac re pater imprudentem opprimat', *si indicaueril filio patris uoluntatem.*

4.

228 1 AVDIVI ARCHYLIS IAMDVDM haec scaena mandatum tenet: mittitur namque ancilla *Mysis*, ut obstetricem accersat, paraturque habitus, ut Pamphilus terrentis patris orationem, qua adigere eum conatur ad nuptias, possit 15 audire. — 2 TEMVLENTA ebriosa: temetum enim antiqui uinum dicebant. 'temulenta et temeraria' duo posuit, unum ad uitium accedens, aliud ad naturam: nam teme- 20 rarium <esse> naturae malum est, cui accedit, ut uino saepius obruatur.*

231 α*[22] 4 ANICVLAE hoc ex his nominibus est, cuius primitiu genus cognoscitur ex diminutiuo. 'compotrix' uero dictum est femino genere sine exemplo alterius nominis nisi uerbalis. — 5 DI DATE FACVLTATEM apostropha, id est conuersio, est ad deum, quae fit, cum uires nostras excedit negotium, unde Horatius (*a. p. 191—92*) 'nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus inciderit.'

1 <tamen> dominus α || 3 <necessitatem uel> difficultatem α || 8 atqui in hac α, atqui haec β || 11 sui α (*recte?* cf. I 5, 1) | faciet *W.*: -cit *codd.* | ut — opprimat post uoluntatem (uolupt- *LG*) β | ut — Pamphilum] et illum iuuat α || 12 imprudentem pater α || 13 patris filio *codd.*, corr. *W.* || 16 parasque β || 18 <id est> ebriosa α || 21 esse add. *W.* || 22 saepius] semper α

5.

236 **1** HOC CINE EST HVMANVM FACTVM AVT INCEPTVM haec
 scaena deliberatiuam habet, quae talis est: adulescens
 amans, qui a⟨matae⟩ promisit se eam ducturum uxorem,
 a patre cogitur, ut alteram ducat *uxorem*: deliberat
 quid faciat. hic omnis deliberatiuae partes sunt et ab 5
 ipso qui deliberat percurruntur. uerum quoniam optima
 deliberatio est, cui aliis persuasor accedit, idcirco Mysis
 ancilla praesens inuenitur, ut eius aspectu facile in unam
 partem memoria dominae eius et sui amoris possit in-
 cumbere, quippe cum hic ex una parte pater sit, cuius 10
 imperium filius debet implere, ex alia parte amor, qui
 amor vineulo animum adulescentis adstringit. saepissime
 autem exordium ab indignatione fit, ⟨ut hic⟩ ‘hoccine est
 humanum factum aut inceptum’, quam indignationem ita
 diuisit, ut accusaret primo homines, deinde patrem. postea 15
 238 iungit propositionem ipsam iniuriae **3** VXOREM DECRE-
 VERVNT SE MIHI DARE HODIE. in hoc adulescens collocat ini-
 uriam, quod pater sibi nuptias repente mandauerit: non
 quo nubere *huic* iniuria sit, quamquam esse uideatur,
 uerum intelligit, si ante mandasset pater, consilium se 20
 facile aduersum imperium patris inuenire potuisse. ideo
 239 adiecit **4** NONNE OPORTVIT PRAESCISS ME. tangitur et illud,
 an omnibus imperiis obsequi filii debeant: constat enim
 circa nuptias esse filii liberam uoluntatem. ideo ait ser-
 241 uata ratione pietatis COMMVNICATVM OPORTVIT. — **6** QVID 25
 CHREMES dolo se seruus conuertit ad sacerdotum, quoniam con-
 stabat cum filiam iam negasse. nunc autem cum animad-
 uertit patrem cogere, ut filius ducat uxorem, credit et

3 qui amatae Goetz-Schoell: quia *codd.* || 5 omnes *G* | et] sed *B* || 12 adulescentis animum *α* || 13 fit ut hic *W.*: fit (*ante* exordium) *F*, incipit *α*, *om. L G* || 15 post adiungit? || 18 quod] ut *β* || 22 tangit *α* | ⟨patrum⟩ imperiis *α* || 23 filii *om. VS* || 24 adeo *LF* | ait *post* pietatis *α* || 25 ⟨nonne⟩ communicatum *α* || 26 dolose *codd.* || 27 nunc autem] sed *α* || 28 filius] ipse *α*

- 243 Chremem mutasse sententiam.* — 8 OBSTINATE perseueranter, pertinaciter. — VT ME A GLYCERIO MISERVVM nominata ea, quam diligebat, continuo in calamitatem praesentem dolore gemituque prosiluit, ut Virgilius (*Aen. III 311—312*) «aut, si lux alma recessit, Hector ubi est?» 5 dixit lacrimasque effudit. ita nominata iam Glycerio quasi propositio rursus alterius partis effecta est, cumque duos senes, patrem et socerum, supra ad imperium potestatemque posuisset, hic aduersus tantam duorum *hominum* propositionem unum amicae nomen posuit. deinde rursus 10 *⟨a⟩ partibus* reuertitur ad querelas: intellexit enim se amori 245 non posse obsistere. ideo subiungit 10 ADEON HOMINEM ESSE INVENVTVM AVT INFELICEM, ut sit iterum exclamatio, quod Chremetis affinitatem non potest euitare. hic iam conjecturalis tractatus interponitur, cur Chremes veluti 15 repudiatus saepe non discedat et cur rursus promittat 248 uxorem 13 QVOT MODIS CONTEMPTVS SPRETUS: melius de Pamphilo intelligimus ‘contemptus’ et ‘spretus’. denique con- 250 tinuo conjecturae rationem *⟨addit⟩* 15 ALIQVID MONSTRI ALVNT hoc est: fortasse aliquid monstri nutriunt.* — OB- 20 252 TRVDI inpingi, opponi. — 17 NAM QVID EGO DICAM DE PATRE rursus est officium de senibus mutuatus: nam cum primum de patre, mox de socero dixisset, interposito Gly-

242 α* [1] quod uero ait 7 IMMVTATVM VIDET, id est mutatum: nam motus species sunt commutatio et immutatio, et est illud circa quantitatem, istud circa qualitatem, ut si quis ex magno paruu fit (*Lindenbr.*: sit *codd.*), commutatus, si quis ex nigro albus, immutatus dicitur.
*[20] quae res rapit auditorem ad diuersa, unde causam exaggerat.

1 perseuerate β || 6 fudit β, refudit α || 7 propositio rur-
sus ante nominata β || 10 posuit *G*, propositus *rell.* || 11 a *add.W.*; a deliberatiuae *add. Goetz* || 13 sit post iterum *VS*, post exclama-
tio *F*, est (*om. ut*) *B*, *om. L G* || 14 chremis α | euitare non po-
test α || 15 cur] cum α *L* || 16 cur] cum *codd.* || 17 *⟨et⟩ spretus α* ||
18 intelligimus] accipimus α || 19 addit *add. W.* || 20 id est α ||
monstri] inauditī α | *⟨quoniam nemini⟩ obtrudi* *⟨id est⟩ α*

cerii nomine redit ad Chremetem, nunc de patre suggerit. queritur autem de socero per coniecturam, quod filiam suam saepe polliceri cupiat repudiatam, de patre autem, quod segniter et negligenter de filii nuptiis cogitare uideatur. ita quod de patre supra (v. 3) generaliter dixerat 'nonne 5 oportuit praescisse me ante?' nunc per speciem proponit

253 **18** PRAETERIENS MODO MIHI APVD FORVM VXOR TIBI DV-
CENDA EST PAMPHILE. 'modo' autem tempus respirandi non habet: tunc patris *imperio et praesentia* territus re-
258 spondere non potuit.* — **23** QVID ⟨FACEREM SI QVIS NVNC 10
ME ROGET quid⟩ ergo nunc facerem, si *aliquis* me *inter-*
259 *roget?* huic responsio datur **24** ALIQLVID FACEREM VT HOC
NE FACEREM. — SED QVID NVNC PRIMVM EXSEQVAR hic est
propositio *ipsius* deliberatiuae per duas scilicet partes: an
imperio obtemperet patris, an amori *potius* seruiat. — 15
260 25 TOT ME IMPEDIVNT CVRAE QVAE MEVVM ANIMVM DIVERSAE
TRAHVNT ab amoris parte haec sunt argumenta: primum
261 necessitas **26** AMOR *inquit*, deinde humanitas MISERICORDIA;
a parte patris, *an imperio patris obtemperet* NVPTIARVM
inquit SOLlicitatio TVM PATRIS PVDOR, hoc est quod 20
erubesco ex patre. et adiecit non leues causas: primum
quod pater est, deinde quod bonus pater, ⟨cui⟩ obtempe-
262 rare utique debeat. bonum autem sic confirmat **27** QVI
ME TAM LENI PASSVS EST ANIMO VSQVE ADHVC QVAE MEO
CVMQVE ANIMO LIBITVM EST FACERE.* hac parte inclinatam 25

255 α*[10] unde uisum fuisse sibi dixit **20** SVSPENDE TE quod ad suspensionem pertinet. uel sollicitus esto remotus ab alia cura.

*[25] et nota, quod gerundiuia uel impersonalia singulari uel plurali numero iunguntur et omni generi seruiunt, ut libitum est mihi et uobis hoc et illae res.

1 redit post Chrem- α || 6 rescisse L α || 8 modo — habet]
nec habuit respirandi tempus post potuit α || 9 perterritus α ||
10 FACEREM — quid add. W. duce Westerh. || 12 ut ne hoc G, ne
id α || 14 partes scilicet α || 16 ANIMVM — TRAHVNT om. L ||
17 prima α || 18 deinde] post α || 20 id est α || 21 ex patre]
patrem α || 22 cui add. W. || 23 Qui me ⟨inquit⟩ α

sententiam declarauit, unde rursus oratio concluditur ob
 263 querelas **28** <EINE EGO VT ADVERSER EI MIHI> huic ego
 aduerser miser? sed nunc iam electio consilii est, ut hoc
 facere uelle uideatur. *uerum* obsidente amore rursus ad
 264 incertam sententiam deuolutus est: **29** INCERTVM EST inquit ⁵
 QVID AGAM. optimo loco Mysis se interponit, ut in parte
 aliqua adulescens uel *in praesentia* Mysidis uel *ad commemora-*
tionem Glycerii possit inuerti. denique intercedit et uti-
 liter tristis cum interrogaretur, exponit Glycerium aegram
 esse duabus de causis, ex dolore et sollicitudine. hic dolor ¹⁰
 268 ad partum ponitur: hoc enim dixit **33** LABORAT EX DOLORE:
 maxima enim adulescenti efficitur concitatio, si se propter
 amorem intelligat patrem. deinde adiecit sollicitudinem,
 cuius causam ponit, quod olim constitutae sint nuptiae
 et uereatur, ne illam deserat Pamphilus. his rebus per-¹⁵
 fecta persuasio est, uti amori adulescens *potius* debeat
 obtemperare. denique concitatus iam unam elit partem
 270 et proponit **35** EGONE ISTVC CONARI QVEAM. hic narrat
rationes, quibus non sit uerisimile, quod amicam sit deser-
 turus: primum ne illa misera decipiatur, quae omnem ²⁰
 uitam ei credidit, quam ipse dilexerit et pro uxore semper
 habuerit. hoc ab utili est. sequitur ab honesto, quoniam
 pudice eius doctum et eductum ingenium non debet ne-
 cessitate mutari. huic *rei* quaestio opponitur, an hoc
 facere possit adulescens, cum in patris sit positus pote-²⁵
 276 state: **41** HAVT VEREAR *inquit* SI IN TE SOLO SIT SITVM.
 aduersus istam propositionem argumentum rursus suppo-
 nitur, an fieri possit, quod conjecturale est, quod tali
 animo Pamphilus sit, ut neque inhumanus neque ferus
 sit neque non amet neque sine pudore sit. quibus rebus ³⁰

2 EINE — MIHI add. W. || 3 nunc] non β || 4 rursus obsidente
 amore α || 7 commemoratione α || 13 patrem] parere α; pati
 Lindenbr. || 14 sint W.: sunt codd. || 15 uereatur — Pamphilus]
 timet ne se deserat α || 18 hic] sic α | narrationes narrat LG ||
 19 quibus] ut α || 20 omnem — habuerit] m · s · a · a · o · u · c ·
 q · e · a · e · c · pro u · ha · α || 23 eius post eductum α || 26 uerear
 L, -or rell. || 28 quod — est] per conjecturam α || 30 neque non

[†] persona omnia argumenta sunt, ut facile possit nosci adolescentem et contra imperium patris in amore fidem posse seruare. suggestit illa, quo magis adolescentem incendat, *meritam esse Glycerium, ut eius Pamphilus memoriam retineret* 46 *VNVM HOC SCIO MERITAM ESSE VT MEMOR* 5 *ESSES* SVI. adiecit rursus adulescens suae memoriae, siquidem dicit in animo se haec Chrysidis morientis et commendantis Glycerium scripta verba *<sem>*per tenere. in qua re allocutionis sunt praecepta et potestates, hoc est quibus uerbis potuit, ut Chrysis moriens ei commendaret 10 Glycerium. sed quoniam hoc profecit ad affectum, ut exinde profiteatur adulescens se Glycerium non deserturum, singula excutienda sunt. nam primum quo tempore locuta sit, non sine affectu est: ‘moriens’ enim inquit, quae res habet maximam pietatem, cum postrema uox est; quod 15 ‘soli’ fuimus et quod ‘semotis omnibus’: plus *enim* fidei meae dedit, quando testem adhibere neglexit. deinde sequitur ista oratio, quae magnum affectum tenet, primo 286 quod familiariter allocuta est dicendo ‘mi’: nam 51 MI PAPHILE inquit. deinde ipsa commendatio, quae duas ad 20 misericordiam continet causas FORMAM ATQVE AETATEM, quam rem et Simo laudauerat dicendo supra (I 1, 91) ‘ibi aspicio adulescentulam forma’: ex his enim rebus omnis 288 causa pietatis est et spes ad amorem. — 53 AD PUDICI-

— sit] nec ingratus ut non commoueat amor pudor consuetudo seruare fidem α || 1 personam L, ad (sscr.) personam F, a persona α , consona G; per se nota Lindenbr., percontata Schoell, proposita Goetz || 2 fidem post seruare α || 4 retinet W.: contin- codd.; cf. II 1, 6 et fin.comm. Andr. || 5 scio *<hanc> FG* || 6 siquidem — tenere] ‘memor essem’ indigneando et reddit rationem, cur eius memor esse debeat, nam indignatio innuit aliter non posse fieri, siquidem ‘scripta sunt in animo Chrysidis dicta de Glycerio’ α (*non intellexit quid significaret adiecit suae memoriae!*) || 7 commendantis W. (cf. infra): commemor- codd. || 8 semper W. || 10 potuit — 13 sunt] Chrysidis affectus cresceret adulescentis α | ei] cum L F || 12 profiteatur Lindenbr.: propheta (-^at L F), promitteret G || 16 meae fidei α || 19 locuta est familiariter α | nam — inquit ante 18 primo codd., transp. W. || 24 est post amorem α

TIAM ET AD REM TUTANDAM 'ad pudicitiam' forma, 'ad rem tutandam' aetas. sed melius utrumque ad pudicitiam, nam neque forma neque aetas pudicitiam poterit custodiare, ad rem tutandam sola aetas <sufficit>. — 54 QVOD
 289 EGO TE OMNIS ALLOCUTIO HAS DIVISIONES HABET, QUID UELIT 5
 ET QUID METUAT. ITA QUID METUAT SUPRA POSITUM EST, DE
 AETATE, DE FORMA; NUNC QUID UELIT: 'QUOD EGO' INQUIT 'NUNC
 TE PER HANC DEXTRAM ORO'. *IPSUM QUID UELIT IUNGIT* CUM
 PRECIBUS: IMPETRABILIUS ENIM FIT, SI, QUOD UOLUMUS, IN ALLO-
 CUTIONE CUM PRECIBUS COLLOCEMUS, UT (*Verg. Aen. IV* 314; 10
317) 'PER HAS TE LACRIMAS EGO DEXTRAMQUE TUAM TE . . .
 SI BENE QUID DE TE MERUI': NON POTUIT ENIM PER PARTES
 IMPETRABILE FACERE QUOD ROGABAT. HIC AUTEM UIDE, QUOD IN
 IUREIURANDO COLLOCAT PRIMO DEXTERAM, QUAE TENEBAT, QUAE
 SEMPER FIDEI TESTIS EST. NAM INDE ETIAM TULLIUS (*pro 15
 Deiot. 3, 8*) 'PER DEXTERAM TUAM TE ORO, NON TAM IN PROE-
 LIIS ET IN BELLIS, QUAM IN PACE ET FIDE FIRMIOREM'. ET 'IN-
 GENIUM' SIMUL ADIECIT ET 'FIDEM TUAM' ET, UT PIETATEM
 CAPTARET, 'SOLITUDINEM' MULIERIS. ADIECIT ET *IPSUM* POSTREMO
 291 DESIDERIUM 56 NE ABS TE EAM SEGREGES NEV DESERAS. 90
 Sunt autem duo: 'NE ABS TE SEGREGES' NE NON EAM DUCAS
 UXOREM, 'NEU DESERAS' NEUE NON PUGNANTEM DEFENDAS: SEIT
 ENIM ESSE PEREGRINAM SECUNDUM SUSPICIONEM SUAM. AD-
 292 IUNGIT MERITUM SUUM DICENDO 57 SI TE IN GERMANI FRATRIS
 DILEXI LOCO QUOMODO VIRGILIUS (*Aen. IV*, 317) 'SI BENE 25
 QUID DE TE MERUI'. MERITUM SUUM DICENDO IUNGIT ET ME-
 293 RITUM PUELLAE 58 SIVE HAEC TE SOLVM SEMPER FECIT
 MAXIMI SEV TIBI MORIGERA FVIT IN REBUS OMNIBVS.* ET IN

*a**[28] ET 'TIBI FUIT MORIGERA' ID EST TUIS MORIBUS INSERUIENS

4 sufficit add. *Lindenbr.*; an satis est? || 6 metuat 2.] -it α ||
 7 de] et α || 8 qui uelit *LG* || 9 allocutionibus α || 11 ego<met>
 α || 12 merui <fuīt aut tibi quicquam dulce meum> α || 13 au-
 tem enim *VS* || 14 qua *LG*, quam *rell.* || 17 et] neque *Cic.*
 [pace] promissis *Cic.* | <in> fide α | et ingenium post adiecit α
 22 neu *L*, neue *rell.* | pugnantem] periclitantem *Lindenbr.* ||
 25 locum β | quomodo] ut α || 26 merui <fuīt aut> β | meritum
 — dicendo fort. del., cf. supra l. 24 || 28 omnibus rebus β

merito puellae maximam uim declarauit, quod 'solum semper fecit maximi': cum acceperit a me beneficium, quod seruata sit, quod uiuat, tamen te solum semper maxi-
mi fecit. potest tamen, quod solum amauerit in domo
meretricis. *allocutionem efficaciter* conclusit per mandatum 5
295 et monitum **60** TE ISTI VIRVM DO quod supra (v. 56)
dictum est 'ne abs te segreges' AMICVM TVTOREM PATREM
hoc supra dictum est 'neu deseras'. adiungit et ab utili
296 **61** BONA NOSTRA HAEC TIBI COMMITTO ET TVAE FIDEL post
haec, quo maior uis ad memoriam possit accrescere, ut 10
mandatorum uerba in animo fixa remanerent, illud adiecit
297 **62** HANC MIHI IN MANVM DAT MORS CONTINUO IPSAM OCCV-
PAT. 'continuo' inquit, tamquam usque ad mandati creditam
sententiam uita suffecerit. concludit deliberationis suae
298 partem per electionem: **63** ACCEPI inquit. consentit continuo 15
et Mysis, cum dixisset 'perge ad obstetricem', moneturque,
ne aliquid dicat dominae de nuptiis. quod pulchre est
collocatum, nam nonnihil *ex hoc* fidem dat amoris, qui
et miseretur. et urbane, ne ei quam diligit ex aliquo
299 nuntio aegritudo cumuletur, *hoc posuit* **64** ATQVE AVDIN 20
VERBVM VNVM CAVE DE NVPTIIS* NE AD MORBVM HOC ETIAM.

α (*VS; B:* mores gerens moribus tuis seruiens et concor-
dans uel portans; cf. Schlee et Bruns *ad h. l.*)

* [21] id est: uide ne uerbum dicas. et hoc cur? ne hoc etiam
ad morbum sit.

2 maximi cum *W.*: maximum β , -mi α | accepit α *G* ||
3 solum te *FG* | maximum (*post fecit α*) *codd.* || 4 tamen] etiam
dici α || 5 conclusit *W.* (-dit *Lindenbr.*): -sio *LF* α , -di *G* ||
7 est *om.* *L* α || 8 est *om.* *L* α || 9 et tuae committo fidei β ,
committo etc. α || 13 mandatum β || 14 conclusit α || 15 inquit
<acceptam seruabo> α || 16 cum dixisset] et ipse curam illius
habendo praecepit α || 18 nam] iam β | non *om.* *LF* | qui *W.*:
cui *codd.* || 20 *AVDIN*] audito *LF* || 21 *ETIAM*] *est LF*, etiam
sit *G*